

niant. Quo finito, dominus archiepiscopus, vel sacerdos, cantor cum reverentis incipiunt *Tu, rex glorie, Christe*. Dexter chorus *Tu patris semper natus es Filius*; sinister chorus, *Tu ad liberandum*. Et sic cartent vicissim usque, *aeterna fac, dominus archiepiscopus et alii*; cantor incipiat *O rex glorie, Domine virtutum*. Finita antiphona intret processio ecclesiam, et feretrum sancti Romani ante januas ecclesie a duobus sacerdotibus in albis in transversum teneatur, et populus subintret, cantore incipiente à *Omnis pulchritudo, cum versu et regressu*, et ascendant processio ad chorum. Finito responsorio, incipitur missa.

PROCESSIO POST TERTIAM.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Sequitur processio in cappis per atrium, et portentur feretrum in quo sit corpus Christi honorifice a duobus sacerdotibus induitis casulis albis, et cum illis quatuor **174** pueri in albis qui incensent feretrum. [(16) Et alii duo clerici qui portent duas torcias cera circa feretrum.] Movente processione cantor incipiat à *Homo quidam fecit, y Venite*. Finito responsorio, tres de majoribus cantent *Salve, festa dies, Qua Deus in cibum*. In statione Verbum caro factum est (vel, *Ego sum panis*), tres de majoribus in pulpito à *In principio erat. Plenum gratiae*. Quo finito, sacerdos cum diacono et cantore content ante feretrum, quod in medio navis in transversum teneatur, hos versus sequentes, incensando et flectendo genua. à *Ave, verum corpus natum*. Chorus idem repeatat (17), flexis genibus, à *Vere pas-*

(16) Ms. cathedralis ecclesiae addit.

(17) Non repetitur, sed chorus prosequitur.

(18) Hac die antiquus ecclesiae Rotomag. retinetur usus.

A sum. Chorus idem à *Cujus latus*. Chorus idem. Quibus finitis, ad introitum chori incipitur antiphona *O quam suavis est!* Finita antiphona, benedictio domini archiepiscopi, si praesens fuerit. Sequitur missa, etc.

PROCESSIO AD S. AUDIOENUM.

IN FESTO S. AUDIOENI ROTOMAG. ARCHIEP.

Sequitur processio apud Sanctum Audioenum, et ibi dicantur Vesperae de sancto Audioeno festive. Antiph. *Similabo. Psalmi (18) seriales*. Ant. *Confessor Domini*. Ant. *Iste est qui ante*. Ant. *Amarit eum*. Ant. *Justum deduxit. Capitulum Ecce sacerdos*. à *Miles Christi. Hymnus Iste confessor*. à *Ora 175 pro nobis, beate. Ant. Suscipe nostra, cum trina repetitione. Psal. Magnificat. Oratio de Communi*. Finitis Vesperis, redeat processio ad ecclesiam. Et in crastinum eat processio apud Sanctum Audioenum, sicut in Vesperis, finita Sexta, post maiorem missam (19), et sint omnes cum monachis in processione, et missa in cappis. [(20) Et debent solvere dominis de capitulo abbas et Conventus Sancti Audioeni per procuratorem centum solidos de quibus quilibet canonicus praesens debet percipere duos solidos, et septem religiosi de Saneto Laudo quilibet duos solidos, et pueri chori quinque solidos; residuum debet distribui inter capellanos communiam percipientes; et etiam pueri altaris debent percipere vas, in quo portatur aqua benedicta, plenum bono vino de cellario Sancti Audioeni.] Post missam redeat processio ad ecclesiam, et in pace recedant, et inde ad refectionem.

(19) Quæ dicitur de S. Bartholomæo in cathedrali ecclesia.

(20) Ms. cathedralis ecclesiae addit.

FRĀGMENTA QUÆDAM

Ex Ordinario ms. cathedralis ecclesiae Rotomag. desumpta.

Dominica i Adventus, ad Matutinum.

Tres de secunda sede à *Aspiciens a longe*, et debent habere quilibet unum **176** galonem vini (21) de cellario archiepiscopi.

Nono die nativitatem Domini præcedente cantari incipiuntur antiphona quæ per *O* inchoant, quas preces non subsequantur, non tamen commemorationes dimittantur. Prima a cancellario ecclesiae incipiatur, si praesens fuerit; si non, ab uno de majoribus non tenente dignitatem de sinistra parte; et sic de dextra parte fiat. Secunda antiphona a decano ecclesiae incipiatur. Tertia antiphona a cantore ecclesiae incipiatur. Quarta antiphona a sacrista ecclesiae incipiatur. Quinta antiphona ab archidiacono Vulcassini Francia incipiatur. Sexta antiphona ab archidiacono majori. Septima antiphona ad placitum cantoris a parte hebdomadariae. Et dominus archiepiscopus incipiat *O virgo virginum*; et omnes antiphona cum bina repetitione; et post Completorium eant ad loca consueta, sive in capitulo, et ibi incipiatur: *O*; quo finito, moderate bibant, et in pace recedant. Amen.

Et nota, ex quo incipientur antiphona istæ: *O*, incensent altaria et chorus dum cantabitur *Magnificat*.

Vigilia Nativitatis Domini.

Expositio Evangelii legatur a diacono in cappa

(21) Nunc solilos.

(22) Nunc, violacea.

C alba (22) in pulpito cum candelabris **177** et thuriulo *Cum esset desponsata. Psal. Benedictus*. Interim incensentur altaria et chorus.

In Nativitate Domini.

Tres lectiones legantur de Prophetia, et tres lectiones de Sermone, et tres lectiones de Expositione. Tres primæ lectiones de secunda sede, cæteræ secundum ordinem de majori sede; nonam dominus archiepiscopus. Primum responsorium et secundum bini et bini de secunda sede, tertium responsorium tres de secunda sede in cappis; quartum et quintum responsorium bini et bini de majori sede, sextum responsorium dominus archiepiscopus, cum eo de canus et cantor in cappis; septimum et octavum responsorium bini et bini de majori sede, nonum responsorium tres de majoribus in cappis. Tres ultimæ lectiones sint in cappis; et sic in aliis triplicibus. à *1 Hodie nobis, stet oannis chorus dñe* versus cantabitur *Gloria in excelsis*.

In Septuagesima, ad missam.

Responsorium (*id est* graduale) duo de secunda sede in pulpito et in albis *Adjutor in opp. unitatibus*. à *Quoniam non in finem*. Et debent habere quilibet unum galonem vini (23) de cellario domini archiepiscopi.

(23) Nunc 5 sol.

Ad Vespertas.

178 Istud sequens responsorium cantetur ad Vespertas usque ad Quadragesimam, exceptis Sabatibus et novem lectionum festis. In Dominica unus de secunda sede, per ferias unus de prima (*id est infra*ma) sede, *Spes mea*.

Feria quarta Cinerum.

Nota, post Completorium aspergatur aqua benedicta a decano vel dietario, et sic fiat usque ad coenam Domini, exceptis Dominicis diebus.

Dominica i Quadragesimæ, ad missam.

Tractus quatuor canonici, duo de majori sede et uno de secunda sede in (24) albis ante altare, *Qui habitat, bini et bini cantent versum suum; omnes simul incipiunt, et ad finem omnes simul: Longitudo, et sic finiatur.*

Feria ii, infra hebdomadam primam Quadragesimæ.

Ordo iste prescriptus cum osculo sedium a singulis a capite jejunii in ista secunda feria de horis, antiphonis, capitulis teneatur usque ad passionem Domini, et osculum sedium usque ad Vespertas coenæ Domini.

Sabbato Quatuor Temporum.

In hac missa ad orationem epistolæ non dicatur *Flectamus genua*, ob reverentiam S. Pauli, et quatuor primæ lectiones de **179** majori sede legantur, et quinta lectio de secunda sede, *Angelus Domini*. Et quatuor responsoria de prima sede in albis ante aquilam, et tractus *Laudate*, duo de majori sede in albis (25) ante altare, et ad quinque primas orationes non dicatur *Dominus vobiscum, sed Oremus*.

Dominica ii Quadragesimæ, ad missam.

Tuo pueri in pulpito incipiunt *De necessitatibus, et chorus hunc versum finiatur*. Duo pueri cantent tantum versum secundum *Ad te, Domine*, et chorus finem versus. Duo pueri incipiunt *Etenim universi, et finiatur a choro*. Sequatur aliis tractus. Quatuor canonici, duo de majori sede et duo de secunda cantent tractum *Benedicam Dominum, ante altare in albis* (26).

Dominica Palmarum, ad missam.

Responsorium duo de secunda sede in albis : *Tenuisti manum, & Quam bonus non reiteretur. Et debent habere quilibet unum galonem vini* (27) *a cellario domini archiepiscopi*. Tractum quatuor canonici ante altare, duo de majori sede et duo de secunda sede in albis (28) *Deus, Deus meus, respice*.

In Ascensione Domini.

Invitoriorum quatuor de majoribus qui per Matutinas chorum regant, duo maiores **180** vel antiquiores per Nocturnas, et alii duo ad Laudes.

In festo Pentecostes, ad i Vespertas.

Psal. Magnificat. Interim majus altare incensetur a domino archiepiscopo, si præsens fuerit, et post revertatur in cathedram suam, et incensetur sepulcrum regum et altare beatæ Mariæ a duobus presbyteris canonici, et in redeundo incensetur ab ipsis canonici dominus archiepiscopus et dominus decanus, et postea incensetur chorus a duobus pueris; et sic fiat in omnibus festis triplicibus, dum tamen archiepiscopus celebraverit servitum. Tres de secunda sede: *Benedicamus Domino*.

In Matutinis.

Legantur tres lectiones de Expositione: *Si quis diligit me, et sicut in cappis diversorum colorum. Ad primam lectionem candelabra et thuribulum. Omnia responsoria in cappis; primum responsorium tres*

(25) *Nunc in cappis.*

(26) *Nunc in cappis.*

(27) *In cappis.*

(28) *Nunc 5 sol.*

(29) *In cappis.*

A de secunda sede, secundum responsorium tres de tertia sede, tertium responsorium (29) tres de majoribus.

Ad missam.

Si archiepiscopus fuerit, secum habeat septem diaconos et totidem subdiaconos, de quibus duodecim sint de secunda sede, et debent predicti duodecim prandere cum **181** domino archiepiscopo, vel habere quilibet duos (30) solidos de bursa predicti domini; et *Christus vincit* cantetur a duobus canonici, et debent habere quilibet (31) quinque solidos de bursa domini archiepiscopi, quos ipsemet debeat tradere predictis canonici propriâ manu. Sin autem, major honore presbyter peragat officium.

In festo S. Trinitatis, ad missam.

Finito Evangelio, *Crédo in unum dicatur, interim textus* (32) deferatur a subdiacono ad decanum præcedente thuribulo a diacono. Si decanus non fuerit, subdiaconus deferat per chororum osculandum, puero incensante; et sic fiat in omnibus festis, in quibus *Credo in unum dicitur*.

In festo Corporis Christi, ad Matutinum.

Tres primæ lectiones de secunda sede, aliae lectiones de majori sede et archiepiscopus legat nonam lectionem in cathedra sua, si præsens fuerit.

In festo Purificationis, ad missam.

Unusquisque ardenter cereum teneat, quem post Evangelium offerat.

In Assumptione B. V. Mariae, ad Matutinum.

Incipiat festiva *Te Deum laudamus*, et incensetur altare a sacerdote, et duo pueri sint ante altare tenentes duo candelabra, et sic fiat in omnibus festis triplicibus.

In Commemoratione omnium defunctorum, ad Vespertas.

182 *Psal. Magnificat*, incensetur majus altare et chorus [leg. celebra] tantum.

Per annum, quilibet die, ad Completorium.

Si decanus præsens fuerit, decano dicatur *Confessor* ab utroquo choro.

Ordo matutini Officii.

In Dominicis usque ad Pascha invitatorium duo de secunda sede; antiphona de nocturnis de majori sede, et in singulis nocturnis ultima cuiuslibet nocturnæ cum neuma finiatur. Tres primæ lectiones de prima sede. Quarta lectio et quinta de secunda sede, cæteræ lectiones de majori sede. Responsoria eodem ordine celebrentur. Illic ordo servetur per Dominicas.

Ad Laudes.

Quinque antiphona de Laudibus de secunda sede incipiuntur, et ultima cum neuma finiatur per omnes Dominicas. *Benedicamus*, unus puer a parte hebdomadarii per totum annum.

Ad Horas canonicas.

Nota, omnes antiphona de Ilobris etiam in Dominicis et festis diebus de secunda sede incipiuntur, et cum neuma finiatur.

Ad Vespertas.

Omnis antiphona de secunda sede incipiuntur, **183** et cum neuma finiatur per omnes Dominicas.

Invitorium unus de secunda sede. Antiphona de

(29) *Nunc 4 cantores.*

(30) *Nunc 5 sol.*

(31) *Prandent cum domino archiepiscopo, diaconi et subdiaconus et 5 cantores, canonici cum eis.*

(32) *Id est, liber Evangeliorum.*

nocturno de prima sede, ultima cum neuma. Primum A (33) ; et duæ ad Completorium, prima cum neuma, responsoriū per omnes ferias de prima sede, secundum responsoriū de secunda sede, et tertium responsoriū de majori sede.

Per omnes ferias antiphonæ de Laudibus de prima sede.

Omnes antiphonæ de feriis et trium lectionum festis, de Nocturnis, Laudibus, Horis, Vesperis, et Completoriorum sunt de prima sede, exceptis antiphonis *Benedictus* et *Magnificat*, [add. et *Nunc dimittis*] quæ de majori sede incipiuntur, et cum neuma finiuntur; ultima de Nocturnis et ultima de Laudibus, et omnes antiphonæ de Horis cum neuma, excepta sola antiphona *Deus exaudi*, quæ est sine neuma

(33) Nunc cum neuma dicitur.

ultima sine neuma finiuntur.

In Sabbatis.

In Sabbatis usque ad Adventum Domini fiat servitium de Sancta Maria, nisi festum novem lectiohūm, vel octavae solennes, vel Quatuor Tempora bis diebus evenierint; propter festa trium lectionum non dimitatur, et Vesperæ sextæ seriae sint de beata 184 Maria, hoc modo : Ant. *Gloriosa genitrix*, Psal. *Confitebor*, et ceteri psalmi de dic, etc.

Ad Matutinum.

Nonum responsoriū duo (in superpelliciis) de majori sede

BENEDICTIO CHRISMATIS

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI.

(Ex Ordinario ms. ecclesie cath. Rotomag. et Biblioth. Bigotianæ.)

Duodecim presbyteri suburbani cum decano Christianitatis sint parati cum archiepiscopo cunctis sacerdotalibus vestimentis, a quibus chrisma et oleum cum archiepiscopo consecratur; et plures hostie in hac die consecrantur de quibus in crastinum communicetur, et ipsæ hostie qui remanserint honorifice post missam reserventur. Post Sanctus vadant duodecim presbyteri urbani revestiti omnibus indumentis sacerdotalibus cum decano Christianitatis per ostium sinistram partis chori ad capellam Sancti Joannis pro oleo infirmorum, et redeant in choro per magnum ostium. Quo consecrato reportetur in locum suum. Et dicatur *Te igitur, clementissime, usque Per quem haec omnia, Domine, semper bona crea.* Hic duodecim presbyteri cum sex diaconis et sex subdiaconis (54), et sex clericis de prima sede, quorum duo duas cruces ferant, et alii duo duo thuribula, et alii duo duo candelabra 185 inter duas cruces. Plures presbyteri revestiti christiale oleum ferant, et inter duo thuribula alii presbyteri oleum catechumenorum ferant, et ita processio ordinata exeat per sinistrum ostium chori, et eat ad capellam Sancti Joannis, et redeat ante majus altare per medium chori, et positum sit super processionem unum pallium quod portent quatuor presbyteri, et duo diaconi revestiti [cassis albis] cantent hos versus ante processionem *O Redemptor, sume carmen.* Et respondeant sequentes cum stola : *O Redemptor.* Interim dum corporis et sanguinis

(35) Id est, decanus curatorum orbis.

B Domini consecratio fiet, decanus Christianitatis (35) revestitus ampullam olei infirmorum coram altari teneat, quam præsentet archiepiscopo, et archiepiscopus cum duodecim presbyteris dicat : *Exorcizo te, ita ut ab illis audiatur. Sequitur Emitte, Domine, Spiritum paracletum de celis.* Finito *Pater noster*, archiepiscopus cum duodecim presbyteris cathedram episcopalem retro altare ascendat, et tunc ordinentur circa eum duodecim presbyteri, crucis, candelabrum, et thuribula. Hoc finito, archiepiscopus vertat se ad orientem, et intret in consecrationem principalis chrismatis, et primo misceat balsamum cum oleo, deinde ter halet, et dicat : *Exorcizo te, creatura olei.* Deinde alta voce : 186 *Per omnia secula seculorum. Amen.* Prefatio : *Qui in principio inter cetera.* Hoc finito, archiepiscopus nudum chrisma sic salutet : *Ave, sanctum chrisma, ter.* Similiter alii sacerdotes salutent sic. Hoc finito, olenra benedicatur : *Exorcizo te, creatura olei.* Alia oratio : *Deus incrementorum.* Hoc finito, archiepiscopus nudum oleum sic salutet : *Ave, sanctum oleum, ter.* Similiter et alii sacerdotes salutent sic. Hoc finito reportetur chrisma et oleum sanctum ad locum in quo dividi debet, diaconis cantibus in redeundo sicut in eundo, processione ordinata sicut venerat, ceteris respondentibus *O Redemptor.* Hoc finito, archiepiscopus lavet manus suas, et dicat *Per omnia secula seculorum. Amen. Pax Domini sit semper vobiscum, etc.*

(34) Haec non observantur in Ecclesia Rotomag.

SEQUUNTUR QUÆDAM NOTATU DIGNA,

Excerpta ex eodem ms. Ordinario ad usum cathedralis ecclesie Rotomagensis.

(Ex eodem ms. Bigot.)

MANDATUM, SEU LOTIO PEDUM,

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI

Post prandium, Mandatum pauperum fiat, et Mandatum clericorum ita celebretur. Dominus archiepiscopus induitus alba cum diacono et subdiacono, et ceroferariis, ad navim ecclesie vergant, et Dominico

D 187 exemplo Mandatum faciant, et quantum placeuerit ex majoribus in albis pedes ceterorum lavent. Et debet dominus archiepiscopus facere distribui cilibet canonico præsenti et custodi vestiarii unum linteum (Gallice *devantel*), unam concham (Gallice *gatte*), unam ollam terræ, unum scyphum de salice, et habeat cilibet canonicus unum clericum de præ-